

148
 Instructio ad Petrum Vojevodam
 in Curia Mttis Regie existentem,
 ac ad impensas resartendas.

Palam dicendum est per suam Dnem etiam pre-
 sentibus Oratoribus Valachiis: Argumentum est no-
 tissimum ac tenquam recens, quia unus vir Va-
 lachus familiaris olim Alberti Regis, morte da-
 mnatus erat instante olim Stephano Vojevoda,
 nihil tamen utilitatis ex hoc exiit. Imo Ste-
 phanus insolentior erat factus. Sic et de Petro esse
 etiam, si reiceretur, nihilominus timendum esset, ne ex
 parte terre Valachie seu Moldavie differentie ex-
 citarentur novae, satisque superque erit, quid Mttas
 Regie Poloniae promittere debeat, ut Petrum non
 servet, nec unquam mittet contra Vodam Moldavie
 et in suum nocumentum, nihilominus Sa^r Mttas,
 cuius libero arbitrio delatum est, arbitrari pro eo
 dignetur, quidquid vult. Sic tamen, quod istud absque
 Mttis Regie Poloniae levitate fiet. Consimi-
 liter pro damnis palam dicendum sic: justissime
 Mttas Ra Hungarice arbitrabitur, si Voda sa-
 tisfactionem Mtti Ra Poloniae impendet, ex quo
 Voda bellum in se concitavit, et ejus auctor esset.
 Insuper nonnulla hominum milia in sua terra
 retinet de Regno Poloniae abacta per quos Colo-
 nias fecit sua in terra novas. Tamen et hoc
 quoque Mttas Ra Hungarice arbitrari digne-
 tur, ut in eam est compromissum, confidit Mttas
 Ra Poloniae tantam virtuti tam Mtti Ra quam
 Dnorum Praetor et Baronum Rni Hungarice,
 quod sic arbitrari dignabitur, ut justum atque
 honestum esse noverit.

